

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1260

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

451. *Pabst Alexander IV trägt auf die Klagen der Straßburger Dominikaner hin dem Erzbischof von Besançon auf, die gegen sie erlassenen Strafsentenzen päpstlicher Legaten, falls deren Vollmachtsbriefe den Predigerorden nicht ausdrücklich erwähnen, für nichtig zu erklären. 1260 Januar 16 Anagni.*

5 Alexander episcopus servus servorum dei venerabili fratri . . archiepiscopo Bisuntinensi salutem et apostolicam benedictionem. dilecti filii . . prior et fratres ordinis predicatorum Argentinenses suam ad nos querimoniam destinarunt, quod
10 sedis apostolice delegati et subdelegati eorum in dictos priorem et fratres frequenter suspensionis, interdicti et excommunicationis sententias pro sua voluntate fulminant, quamquam in litteris ipsius sedis directis delegatis eisdem nulla de dictis fratribus
et ordine mentio habeatur ac etiam a prefata sede eidem ordini sit indultum, ut nec fratres ipsius ordinis conveniri valeant nec contra ipsos possit procedi per
litteras sedis ejusdem, que de indulto hujusmodi et ordine sepe dicto non faciunt
mentionem¹, propter quod iidem fratres sepe a divinis cessare coguntur in suum
15 grave dispendium et predicti ordinis detrimentum. cum autem pro parte ipsorum super hoc ad nostram providentiam habitus sit recursus, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus litteras ipsas tibi faciens exhiberi, detentores earum ad
exhibitionem ipsarum monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione
postposita compellendo, si per diligentem inspectionem earum habueris, quod predictę
20 sententie per easdem litteras non facientes mentionem de ordine ipso sint taliter promulgate, tu illas per te vel per alium nullas esse auctoritate nostra decernas et denunties penitus non tenere, contradictores per censuram eandem^a appellatione
postposita compescendo, non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali². datum Anagnie 17 kalendas februarii, pontificatus nostri anno sexto.

25 *T aus Straßb. Thom. A. Dominicains lad. 3 or. mb. c. bulla pend. Auf dem untern Rande rechts Ja. nar, auf dem Rücken predicatorum, Alles, wie es scheint, von gleicher Hand wie die Urkunde.*

452. *Pabst Alexander IV trägt dem Bischof von Straßburg auf, er möge die Verkündigung von Strafsentenzen gegen die Dominikaner in Stadt und Diocese
30 Straßburg, welche auf Grund päpstlicher Briefe, die den Predigerorden nicht ausdrücklich erwähnten, erlassen würden, nicht gestatten. 1260 Januar 16 Anagni.*

Alexander episcopus servus servorum dei venerabili fratri . . episcopo Argentinensi salutem et apostolicam benedictionem. paci et quieti dilectorum filiorum . . prioris et fratrum de ordine predicatorum Argentinensium paterna volentes sollicitudine providere fraternitati tue per apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus,
35

a) eandem auf Rasur.

¹ Privileg Pabst Innocenz IV, 1244 Januar 21 Rom im Lateran, gedruckt bei Ripoll Bullar. ord. prædicat. I, 130 nr. 39. — Potthast Reg. pontif. nr. 11230.

² Cfr. nr. 354 not. 2.

quatinus ullas suspensionis, interdicti aut excommunicationis sententias latas vel ferendas auctoritate litterarum apostolice sedis publicari contra dictos priorem et fratres in tua civitate seu diocesi non permittas, nisi per ipsas litteras tibi primitus ostensas et diligenter inspectas habueris, quod in eis de ordine ipso fiat mentio specialis, cum eidem ordini a sede ipsa indultum esse dicatur, ut nec fratres ipsius ordinis conveniri valeant nec contra ipsos procedi possit per litteras sedis ejusdem, que de indulto hujusmodi et ordine sepe dicto non faciunt mentionem¹, contradictores autem, si qui fuerint, vel rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione remota compescas. datum Anagnie 17 kalendas februarii, pontificatus nostri anno sexto.

T aus Straßb. Thom. A. Dominicains lad. 3 or. mb. c. bulla pend. Auf dem untern Rande rechts ein F, auf dem Rücken ziemlich verwischt predicatorum, beide Vermerke, wie es scheint, von derselben Hand wie die Urkunde.

453. Pabst Alexander IV gestattet den Straßburger Dominikanern, von unrechtmäßigem Gewinn, der nicht zurückerstattet werden kann, frommen Vermächtnissen ohne Bestimmung u. s. w. Summen bis zu 300 Mark Silber anzunehmen. 1260 Januar 23 Anagni.

Alexander episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . . priori et fratribus ordinis predicatorum Argentinensibus salutem et apostolicam benedictionem. necessitatibus vestris benigno compatiens affectu, ut de usuris, rapinis et aliis male acquisitis, si hii, quibus ipsorum restitutio fieri debeat, omnino sciri et inveniri non possint, necnon de quibuslibet legatis indistincte in pios usus relictis, dummodo executorum testamentorum ad id accedat assensus, ac de commutatione et redemptione votorum diocesanorum auctoritate prius factis, Jerosolymitano dumtaxat excepto, usque ad summam trecentarum marcarum argenti recipere valeatis, auctoritate vobis presentium duximus concedendum, si pro similium receptione alias non sitis a nobis hujusmodi gratiam consecuti, ita, quod, si aliquid de ipsis trecentis marcis dimiseritis vel restitueritis aut dederitis, illis, a quibus eas receperitis, hujusmodi dimissum vel restitutum seu datum nichil ad liberationem eorum prosit nec quantum ad illud habeantur aliquatinus absoluti. nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. datum Anagnie 10 kalendas februarii, pontificatus nostri anno sexto.

T aus Straßb Thom. A. Dominicains lad. 3 or. mb. c. bulla pend.

¹ Cfr. nr. 451 not. 1.

454. *Prior und Convent des Straßburger Klosters St. Arbogast verleihen eine am Snelling gelegene Mühle dem Ritter Gozelin bei St. Thomas und seiner Gemahlin Phina auf Lebenszeit. 1260 [vor März 4].*

Noverint universi tam presentes quam futuri hujusmodi littere inspectores, quod
 5 nos humilis prior et conventus monasterii sancti Arbogasti extra muros Argenti-
 nenses ordinis sancti Augustini, accedente voluntate et consensu nostri omnium,
 cum bona deliberatione et provida molendinum nostrum situm apud Snellingum¹,
 quod vulgariter Bretemule dicitur, concedimus et concessisse nos publice confitemur
 domino Gozelino militi ad sanctum Thomam et domine Phine uxori sue quoad tempus
 10 vite eorum utendum et habendum a nostro monasterio pro annua pensione decem
 quartalium siliginis, que dicto nostro monasterio ambo et reliquis, altero defuncto,
 superstes annuatim sine omni augmentatione de dicto molendino solvere tenebuntur.
 ipsis autem ambobus viam universe carnis ingressis, idem molendinum cum omni
 suo jure, ambitu et cum edificiis super inventis ad prefatum nostrum monasterium
 15 absolute et libere revolvetur nec hujusmodi contractus emphiteoticus ad heredes
 predictorum Gozelini et Phyne aliquatenus pertransibit, immo post mortem ipsorum
 omnino cessabit. nos Gozelinus et Phyna antedicti confitemur, nos in dicto molendino
 nullum jus proprietarium habere, sed ipsum dumtaxat sub pensione predicta titulo
 emphiteosis possidere, sicut superius est expressum. et in hujus rei testimonium
 20 reverendi patris ac domini nostri episcopi ac civitatis Argentinensis sigilla cum
 meo Gozelini sigillo presenti scripto nostris precibus sunt appensa. nos H[einricus]
 dei gratia episcopus Argentinensis et Johannes Erbonis natus magister et consules
 Argentinenses² ad petitionem predictorum Gozelini et Phine confitemur nos sigilla
 nostra presentibus appendisse. anno domini 1260.

25 *H aus Straßb. Hosp. A. prot. 7383 cod. chart. sec. XV fol. 81. Betreffs der Datirung nach der Angabe der Annal. Maurimonast.³ über den Todestag Bischof Heinrichs vergl. W. Wiegand Bell. Walther. S. 42.*

455. *Walther der erwählte Bischof von Straßburg befiehlt dem Straßburger Archidiacon Heinrich von Ochsenstein, die Klagen des Honauer Capitels gegen Geistliche und Laien der Stadt und Diocese Straßburg zu untersuchen. 1260 Juni 3 Honau.*

Walterus dei gratia electus Argentinensis dilecto in Christo Heinricho de Ohnstein archidiacono Argentinensi⁴ salutem in domino. dilecti in Christo . . decanus

¹ Vergl. Silbermann Localgesch. d. Stadt Straßb. S. 154.

35 ² Im Raths- u. Bürgerbuch fol. 12^a des Straßb. St. A. sind aus einer Urkunde vom August 1260 folgende Rathsmitglieder verzeichnet: Johannes filius domini Erbonis magister civium, Heinrich von Wolfgangesheim, Erbe Clausen sūn, Reimböldelin, Hans der Swartz, Peter Nape, Heinrich Marsilius, Rālin Ripelin, Reimbolt Virnkorn der junge, Heinrich von Ache, Hetzel von Druchtersheim, Conrat der kuchenmeister, Wernher Sturm die rete.

40 ³ Cfr. Mon. Germ. SS. XVII, 182, 28.

⁴ Derselbe Heinrich von Ochsenstein erscheint auch in einer Urkunde Bischof Walthers für das Kloster Mauersmünster, 1260 November 9 (5 idus novembris) Straßburg. Straßb. Bez.-A. H fasc. 542 or. mb. c. sig. pend. lueso.

et capitulum Honaugiense nobis conquerendo monstrarunt, quod nonnulli abbates, clerici et layci Argentinensis civitatis et diocesis super decimis, censibus et rebus aliis injuriantur eisdem. ideoque vobis precipiendo mandamus, quatinus, hiis, quos procurator eorum vel syndicus vobis nominaverit, ad vestram presentiam evocatis, 5
audiatis causas easque auctoritate nostra fine debito terminetis facientes, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari, testes autem, qui nominati fuerint, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem cogatis veritati testimonium perhibere. datum Honaugie anno domini 1260, 3 nonas junii.

S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. Corp. A lad. 3^a or. mb. c. sig. pend. laeso. 10
Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 102^a ibid. bei Schöpflin Als. dipl. I, 446 nr. 620 mit dem falschen Datum 1263 Januar 5.

456. *Albert von Thalmezzingen beurkundet in Vertretung des erwählten Bischofs von Straßburg, daß Agnes zu der Wilgen, die Gemahlin Konrads von Mutzig, Aecker im Hürtigheimer Bann den Franciskanerinnen zu Straßburg übertragen habe. 1260 Juni 24.* 15

Nos A[ibertus] de Thalmezzingen vices domini electi Argentinensis gerens in judiciis notum facimus omnibus presentes litteras inspecturis, quod Agnes dicta zu der Wilgen uxor Cūnradi de Muzeche de consensu et voluntate mariti sui predicti¹ in forma nostri iudicii contulit et assignavit libere et absolute pro remedio anime 20
sue . . . abbatisse et conventui sancti Francisci in Argentina septem agros et dimidium frugiferos, quos habuit in banno Hirtenkeim, quorum agrorum proprietas spectabat ad dictam *Agnetem*, renuncians nichilominus omni juri, quod habuit vel habere videbatur in agris prenotatis. in cuius rei testimonium et evidentiam presentem litteram sigilli nostri munimine fecimus roborari. acta sunt hec anno domini 25
1260, 8 kalendas julii, presentibus hiis: magistro Cūnrado dicto Kelbelin de Rodesheim, Sigelino filio Thelonearie, Erbone dicto Schonterlin, Walthero dicto Rusez, Heinrico dicto Lenzelin et aliis quam pluribus.

H aus Straßb. Hosp. A. St. Marc lad. 3 fasc. 63 or. mb. c. sig. pend. laeso.

¹ *In dem Papier-Copialbuch des Klosters St. Elisabeth i. Straßb. Hosp. A. nr. 205 fol. 62 ist von einer Hand des 15ten Jahrh. ein deutsches Urkundenregist eingetragen, nach dem der Straßburger Bürger Konrad von Mutzig mit Zustimmung seiner Frau dem Straßburger St. Elisabethkloster den vierten Theil seiner im Hürtigheimer Bann gelegenen Güter schenkt, sich jedoch den Fruchertrag derselben, so lange er und seine Frau leben, vorbehält, 1260 October 2 (Samstag nach St. Michaelstag). Die Urkunde besiegelt A[ibert] von Talmessingen ein stathalter des erwelten zu Straßburg.* 30

457. In einer Urkunde Walthers des erwählten Bischofs von Straßburg, die Belehnung Margarethens der Gemahlin Hartmanns des ältern Grafen von Kyburg¹ betreffend, unter den Zeugen: Eberhardus Sulze, Eberhardus de Enteringen, Albertus de Talmassinge canonici nostre ecclesie. acta sunt hec anno domini 1260, 9 idus
5 julii, in Ettenhain Argentinensis diocesis. 1260 Juli 7 Ettenheim.

Aus dem Archiv f. Kunde Oesterreich. Geschichtsquellen VI, 97 nach dem Original im Staats-A. von Turin.

458. Walterus episcopus Argentinensis testatur, Conradum de Lichtenberch Metensem et Argentinensem canonicum rectorem ecclesie de Obirnhobin consanguineum suum omnes fructus decimarum, que de grangia seu de banno in Dunheim solvantur, et omnes agros ad dotem illius ecclesie spectantes monasterio Novicastro Cisterciensis ordinis, ipsius ac Joannis de Frankinstein et B[ertholdi] de Ossinstein archidiaconorum assensu accedente, pro 35 quartalibus tritici et tantundem siliginis necnon 2 quartalibus nucum Argentine vel Hagenoie presentandis, preterea aream
15 ad dotem ecclesie de Obirnhobin spectantem pro 6 solidis in festo sancti Thome apostoli solvendis concessisse. «ad universitatis vestre.» testes hujus rei sunt: Henricus et Ludovicus nobiles viri de Lichtenberch, magister Gerardus advocatus Argentinensis², Petrus notarius etc. acta sunt hec Argentine in curia magistri Gerardi advocati Argentinensis, 3 idus julii, anno domini 1260. 1260 Juli 13 Straßburg.

Dec. 21

20 B aus Straßb. Bez.-A. H fasc. 935 cop. chart. sec. XVIII.

459. Walther der erwählte Bischof von Straßburg beurkundet einen Vergleich zwischen dem Franciskanerinnenkloster zu Straßburg und den Geschwistern der Susanna von Landsberg, die in dieses Kloster eingetreten, ihr Erbrecht betreffend. 1260 December 1.

25 Waltherus dei gratia Argentinensis electus omnibus presens scriptum intuentibus geste rei noticiam. quoniam quedam sollempniter gesta quandoque revocantur in dubium propter memorie labilitatem, utile visum est ea, que gerantur in tempore, ne a memoria cum tempore recedant, scriptorum muniri fulcimento. noverint igitur presentes et futuri, quod, cum Susanna filia quon-
30 dam G[untheri] militis de Landisberc recepisset habitum sororum sancti Francisci ordinis sancti Damiani nostre civitatis, abbatissa et conventus dicti loci, licet jure speciali, privilegio videlicet sedis apostolice, successionem hereditario

¹ An denselben schickt Bischof Walther, um von ihm die erneute Lehnshuldigung zu empfangen, Bertholdum de Tiersdorf canonicum sancti Stephani Argentinensis, 1260 Juli 16 (crastino Margarethe) Straßburg. Cfr. Neugart Cod. dipl. Alem. II, 238 nr. 976 = Strobel Vaterl. Gesch. d. Els. II, 14.

² Sicher derselbe magister Gerhardus minister canonicorum ecclesie Argentinensis, der in einer Urkunde des oben erwähnten Konrad von Lichtenberg, des Straßburger Canonikers und Probstes von Surburg, vom März 1262 zu Neuweiler erscheint. Straßb. Bez.-A. G fasc. 5393 or. mb. c. 3 sig. pend. delapsis.

1261
Juni 24

jure dictam puellam contingentem se posse petere ab ipsius coheredibus pretendissent, tamen juri suo in casu presenti renuntiantes pro tota successione quadraginta septem quartalia utriusque annone, in Burchheim videlicet triginta octo et in Bernhartswilre novem, que pro tertia parte successionis summam fuerunt estimata, unanimiter acceptarunt ita, ut reliquas duas partes successionis fratres dicte puelle et Gerina soror ipsorum emptas^a habeant a dicto monasterio pro ducentis marcis argenti legalis^b, quas ducentas marcas sub juramento corporaliter prestito domino preposito de Trutinhusin, domino Ebirhardo de Landisbere, domino Ottoni de Rodisheim infra festum sancti Johannis baptiste proximo venturum presentabunt vel se ponent obsides in Argentinam vel in Erstheim nunquam inde recessuri, quousque dicta pecunia persolvatur eroganda in solutionem debitorum supradicti domini G[untheri] quondam patris eorum et quocumque modo illicite conquisitorum ab eodem. renuntiavit quoque abbatissa et conventus per sigillum proprium omni exceptioni ac restitutioni in integrum, literis quoque inpetratis vel inpetrandis et omni auxilio juris canonici vel civilis, per quod dicta ordinatio posset inpediri aliquatenus vel quassari. caverunt quoque dicte puelle coheredes, videlicet Eginolfus¹, Cunradus, Guntherus, Wernherus pro se et suis germanis minoribus tamquam tutores legitimi, auctoritate nostra nichilominus intercedente, dictam ordinationem se ratam habituros, et similiter omni juris beneficio, per quod turbari posset, renuntiantes et warandos se possessionum dicte pensionis et debitores evictionis constituerunt sub sigillis propriis predicta omnia protestantes. ut igitur hec rata permaneant, apparet sigillo nostro presens cedula roborata. acta sunt hec anno domini 1260, kalendis decembris, presentibus hiis: domino W. preposito de Trutinhusin, magistro Burcardo canonico Hasilacensi, Anshelmo de Mitilhus, Ottone de Rodisheim militibus et aliis quam pluribus fide dignis.

H aus Straßb. Hosp. A. docum. inut. lad. 3 fasc. 88 or. mb. c. 6 sig. pend. Gut erhaltene Siegel Walthers des erwählten Bischofs, des Franciskanerinnenklosters und der vier Landsberger.

460. Dekan und Capitel von St. Thomas zu Straßburg geben Konrad Pheterin und seiner Frau Bertha ein am St. Michelsbühl gelegenes Grundstück in Erbleihe. 1260.

Decanus sancti Thome Argentinensis totumque capitulum ejusdem ecclesie omnibus presentem paginam inspecturis salutem. liqueat universis presentibus et futuris, quod nos Cûrado dicto Pheterin et uxore sua Bertha ac suis heredibus quandam aream nostre ecclesie attinentem sitam juxta monticulum sancti Michahelis²

a) *H* empta. b) *H* legalis.

¹ Nach der Legende seines Siegels Canonicus von Jung St. Peter zu Straßburg. Er erscheint auch sonst urkundlich im Jahr 1262 September 24, neben ihm Johannes prepositus s. Trinitatis in Argentinia. Straßb. Bez.-A. G fasc. 336 or. mb. c. sig. pend.

² Vergl. Silbermann Localgesch. d. Stadt Straßb. S. 35 und Straßb. Gassen- u. Häusernamen im Mittelalter S. 185.

singulis annis preposito nostro duodecim denarios et nobis decem solidos persolventem jure hereditario perpetuo concessimus possidendam. in cujus rei memoriam presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. acta sunt hec anno domini 1260, presentibus hiis : preposito N[icolao], B[urcardo] decano, E[rbone] cantori, W[althero] scolastico, J[ohanne] portario, R[eiboldo] cellerario, S[ifrido] pincerna, W[ernhero] de Wholfgammesheim, J[ohanne] scripba canonicis sancti Thome, hiis vero laycis S. patri pincerne et B. dicto Ackirman et J. colono dominorum et aliis quam pluribus tam clericis quam laycis.

T aus Straßb. Thom. A. lad. 6 (personnel) or. mb. c. sig. pend.

10 *Gedruckt darnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 319 nr. 42.*

461. Graf Sigebert von Werde Landgraf des Elsaßes schreibt der Stadt Straßburg, daß seine Bürger zu Erstein jede Feindseligkeit gegen Straßburger Bürger ableugnen. [1260].

Sygebertus comes de Werde Alsacie lantgravius honorabilibus viris et amicorum
 15 suorum karissimis Johanni Erbonis nato magistro, consulibus et universitati civium Argentinensium promptam et obsequiosam cum reverencia in omnibus voluntatem. universitati vestre presencium tenore duximus declarandum, sicut per vestras litteras nuper nobis transmissas intelligere fecistis de nostris civibus in Erstein, quod ab ipsis de vestris hostibus fuissetis impediti et quod quidam boves
 20 ex vestris exagitatione lassati apud dictos cives remansissent et quod iidem dampna vobis et gravamina intulissent, sepeditosque cives nostros apertissime pro tanta insolencia et violentia vobis illata traximus in causam. qui omnes unanimiter responderunt et dixerunt, quod intellexissent, nos et nostros habere conflictum et cum nostris inimicis certare extra municionem. unde exiverunt quam plures et,
 25 cum intellexissent fore vestros cives, miserunt ex eis dominum Jo[hannem] de Erenbegh cellerarium ecclesie Argentinensis, qui intimaret vestris civibus, quod nullum timorem habere possent ab eisdem; quem vero minime audire volebant. tandem alios pro ipsa causa intimidanda miserunt et sic cum pace bona et segura cum pecoribus eorum ipsis ablatis abire permiserunt. quod aliqua pecora vestra
 30 apud ipsos remansissent vel sciant, se expurgare coram vobis vel coram cunque vestro nuncio solempni, qui ad hoc deputatus fuerit, proponunt. quapropter vestram universitatem et dilectionem attentissime rogamus, quatinus nobiscum et cum nostris civibus sepe dictis procedatis ex veritate, quia vestros inimicos in nostras municiones ad vestra dampna vel gravamina nequaquam recipere volumus.

35 *[in verso]* Magistro, consulibus et universis civibus Argentinensibus.

S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 23^b nr. 31 or. mb. lit. clausa c. sig. in verso impr. laeso. Zu der unsichern Datirung dieses Stücks und nr. 462 vergl. W. Wiegand Bell. Walther. S. 81 Not. 5.

Gedruckt darnach bei Schöpflin Als. dipl. I, 445 nr. 617, ohne Grund ins Jahr 1262 gesetzt.